Tetfasel (Petrus) Oratio de divina providentia coram Sixto IV habita.

6 leaves (including last blank)
33 lines to the page

[Rome, Steph. Planck, after 9 Mar, 1483]

Hain 15369
British Museum Cat IV. 82

FREDERICK SPIEGELBERG

Rare Book Dept.
No Q.405.88

THE TRUSTEES OF THE PUBLIC LIBRARY
LVX
OMNIVM
CIVIVM
OF THE CITY OF BOSTON
1852 · 1878

PURCHASED FROM THE INCOME OF THE
JOSIAH H. BENTON FUND

L4 R4

Oratio de diuīa prouidētia in capella pape corā ſanctiſſimo dn̄o nr̄o Sixto papa·iiij·⁊ ſacerrimo·R·Car·ſenatu habita a venerando ſacre theologie baccalario formato fratre Petro Terraſſe ſacri ordinis Carmelitarum dominica·iiij·quadrageſime·anno a Natiuitate domini·Mcccclxxxiij·

Cum ſubleuaſſet Jeſus oculos ⁊ vidiſſet quia multititudo magna venit ad eum: dixit ad Phillippum Unde ememus panes vt manducent hij? Jo· vi·

¶ Admiranda chriſti pietas que in ſequentem ſe multitudinem oculos ſubleuauit. B·P·R· domini ac patres ornatam concinnaꝫ ſplendidam ⁊ ab optimo quouis oratore reſonantem orationem exquirit: ſed quod humano ingenio nec attingere poſſum: auxilium de celo petendum duxi: a quo omne donum perfectum eſt· veſtra inſuper ſingularis humanitas: firmiorem mihi animum prebet aliquid cudam de hac oculorum Chriſti inſcrutabili ſubleuatione: ⁊ ſi non excultum eloquio aut elaboratum induſtria diuine prouidentie conuenientiſſimum· Sed primum veſtra queſo lumina ad Mariam conuertite: que poſtulantibus ſe preſto adeſt: eamqꝫ vt mihi tremulo ab alto celi domicilio opem ferat mecum angelicis verbis ſalutate: Aue·

Uam mirabili ſepientiſſimus opifex deus hominem ſua prouidentia regit cogitanti mihi: ⁊ collata beneficia: ⁊ que indies confert ſeſe offerunt: quibus laudamus miſericordem: et que infert mala: quibus preſepe iuſtum admiramur. Admiramur patres ampliſſimi: quando a prima ⁊ ſumma omnium cauſa tanq̄ꝫ ab vnico fonte diuerſi effectus vti riuuli ſcaturientes in partes varias effluunt· Aſt cum diligenter rem tracto: ⁊ ad ſubtiliorem intellectum animum cogo: video: aut me Auguſtini ſententia fallit ꝙ medicamentum vnius medici vna manu confectum: alij ſcilicet Nabuchodonoſor ad remedium: alij ſcilicꝫ

J. H. Benton
Nov. 18, 1937
A

Pharaoni ad interitum valuit. Quippe quia ſi diuinam definia mus prouidentiam quod primum faciendum cenſeo vt ſciamus quid id ſit de quo agimus intelligemus aut Damaſceno: quod eſt dei voluntas: propter quam omnia que ſunt: conuenientem de/ ductionem ſuſcipiunt: aut ab Auguſtino: quod eſt lex eterna incom/ mutabiliter manens: que omnia mutabilia pulcerrima guberna tione moderatur. Nec ſolum ipſi homini prouidet elargiendo bo na malaque inferendo: ne eum aut immoderata proſperitas leuet aut nimia aduerſitas deprimat: verum ceteris creatis et homine inferioribus: ſubſtantia bonitatem imprimendo. Sic dictum Ge neſeos intelligimus Uidit deus cuncta que fecerat et erant val/ de bona bonitate: quam ſecundum ſubſtantiam vocant. Nam bo num quod rebus creatis finitum impreſſit: diuus Thomas. ce/ terique theologi: bifariam partiti ſunt: vt primum bonum ſubſtan tie: tum alterum bonum ordinis dicant Nec profecto liberalita/ tis quicquam vel ſaltem parum beneficentiſſimus in nos deus contuliſſet etiam ſi creauit omnia ſecundam ſubſtantiam bona: ſi ex hijs non bonus ſubſequetur finis: ea re: excellentiſſimo hoc ordinis bono: que creta ſunt in optimum finem ordinauit res pri mum ipſe diſponens: ordiniſque executionem rebus creatis relin/ quens. Nam quis veſtrum eſt. P. qui neget quibuſdam ſecundis cauſis virtutem producendi quoſdam effectus dediſſe deum? Quis qui non intelligat rationem omnium que fiunt: ordinem que illorum effectuum: eundem ipſum diuino ſuo intellectu preha buiſſe? Quis non affirmet non ſolum res: ſed rerum ordinem in finem eſſe ſub diuina prouidentia? O admirabilem prouidenti/ am: que prouidens omnibus: non omnibus eueſtigio prouidere viſa es. O incomprehenſibile dei archanum: qui inferiora ſuperi oribus tanque medijs accomodatiſſimis diuine prouidentie gu/ bernas. O virtutem indeficientem: que in communicando cau/ ſalitatem etiam creaturis: tue bonitatis abundantia maxime da res. Hoc certe verum fatebor quicquid fit: quo ordine: quo mo/

do·quando: vbi: clariſſimum dei intellectum intelligere: theolo/
gica veritate affirmare auſim: nec quicꝗ̃ eſt: quod a dei proui/
dentia alienum putandum ſit· Magna mihi memorandi copia
foret: niſi me longius oratio diſtraheret: eorum qui diuinam pro
uidentiam negantes: omnia mortalium facta: alij fortune: alij ca
ſui aſcripſerunt· Quis vero ſane mentis homo exiſtimet inferio/
ra que oculis cernimus regi fato? hac nominis deſcriptione intel
ligendo vel influentiam planetarum: vel celeſtium corporum?
Hoc errore pleriqꝫ ducti definierunt: nec ſane quidem: ea ipſa ab
his pendeant tanꝗ̃ a neceſſaria cauſa ſit neceſſe· Quos Aureli/
us Auguſtinus libro de ciuitate dei acutiſſime conuincit: cuius
verba hec ſunt: Prorſus diuina prouidentia regna conſtituuntur
humana: que ſi propterea quiſquã fato tribuit: ꝙ ipſam dei volũ
tatem vel poteſtatem fati nomine appellat: ſententiam teneat:
linguam corrigat· Cur enim hoc non primum dicit quod poſtea
dicturus eſt cum ab illo quiſquã queſierit: quid dixerit fatum?
Nam id homines quando audiunt vſitata loquendi conſuetudi
ne non intelligunt: niſi vim poſitionis ſyderum qualis eſt quan
do quis naſcitur: ſiue concipitur: quod aliqui a dei voluntate ali
enant: aliqui etiam ex illa: hec pendere confirmant: Sed illi qui
ſine dei voluntate decernere opinantur ſydera qualis quiſqꝫ ſit:
id bonorum habeamus malorumqꝫ patiamur: ab auribus omni/
um repellendi ſunt: non ſolum qui veram religionem teneant:
ſed qui deorum qualiumcunqꝫ volunt eſſe cultores· Hec enim o/
pinio quid agit aliud: niſi vt nullus omnino colatur aut roge//
tur deus? Et paulo poſt· Quale deinde iudicium de hominum
factis deo relinquitur: quibus celeſtis neceſſitas adhibetur: cum
dominus ille ſit et ſyderum ⁊ hominum? Et obicientibus: non
nullos vera multa reſpondere: facilius eſt reſponſio· Hec fiat eo
dem Auguſtino Teſte inſtinctu Spirituum non bonorum: quo
rum cura eſt:

falſas ⁊ noxias opiniones de aſtralibus fatis: inſerere humanis mentibus atq̃ firmare. Accedamus ad eos nunc: qui aſſerunt inferiora omnia: fortune imperio regi atq̃ diſpoſitioni: eoſq̃ iterum cum Auguſtino omnium acutiſſimo: pauciſſimis refellamus. Si fortuna dea putatur ⁊ colitur: certe omnes deos vtriuſq̃ ſexus: ⁊ ſi ſexum non habent non niſi bonos exiſtimare debemus. Hoc Plato docuit: hoc alij philoſophi: hoc excellentes reipublice populorumq̃ rectores. Sed quomodo queſo dea fortuna: aliquando bona eſt: aliquando mala? An forte quando mala eſt: dea non: verum in malignum demonem repente conuertitur Sꝫ miſſa iſthec faciamus: Introducamus paululum Ariſtote. intelligemuſq̃ luce merediana clarius: fortunam cauſam eſſe per accidens in agentibus ſcd̃m propoſitum. Tunc non longe aberunt veri ſapienteſq̃ theologi. Thomas. Angelicus. Seraphicus. Bonauentura. dicentes. Tam etſi eſt aliquid aut a caſu: aut a fortuna: reſpectu agentis particularis vtpote particularis nature ⁊ intellectus creati: nihil tamen reſpectu prouidentie dei: a quo omnia ⁊ preuiſa ſunt ⁊ ordinata: Illos autem qui dei prouidentiam circa inferiora ⁊ hominum facte nulla eſſe contendunt ſed ſic omnia euenire: currere vlla ſine prouidentia regulante: ſuo mucrone trãſfigemus. Hic error vt alij pene innumerabiles a democrito tanq̃ a fonte pernitioſiſſimus ſcatet: qui omnia caſui ſubmittit: ⁊ diuinam prouidentiam aufert: quem ſecutus epicurus: deum quidem vnum eſſe dixit: q2 neceſſe ſit eſſe aliquid in mundo preſtans: eximium: beatum: prouidentiam tamen nullam: itaq̃ mũdum ipſum nec ratione vlla: nec arte: nec fabrica inſtructum: ſed naturam reruꝫ quibuſdam minutis ſeminibus ⁊ inſecrabilib⁹ cõglobaeam: quo repugnantius nihil dici potuiſſe. Firmianus lactantius ratiocinatus eſt. Etem̃ ſi deus eſt vtiq̃ ꝓuidẽs eſt vt deus: nec aliter ei poteſt diuinitas attribui: niſi ⁊ preterita teneat: ⁊ p̃ntia ſciat: et futura ꝓſpiciat. Cũ igit̃ prouidentiã ſubſtulit: etiam deum negauit eſſe. Cum autem deum eſſe profeſſus eſt. ⁊ prouidentiam ſimul eſſe conceſſit: alterum enim ſine altero: nec eſſe

proꝛſus nec intelligi poteſt· Huius ſententie confirmatoꝛ eſt noſter tam repetitus Thomas: qui ea ſumma quam ingentiles cõfecit: ait: fuiſſe poſſibile nunq̃: aliqua nec finem quidem cognoſcentia: ⁊ propter finem operari: ⁊ in ipſum recto oꝛdine peruenire: niſi mota ab aliquo finis cognitionem habente: omnia vero naturalia coꝛpoꝛa: moueri atq; operari pꝛopter finem: tam etſi illum non ꝯgnoſcunt nemo ambigit: tota ergo nature operatio ab aliqua cognitione oꝛdinetur fatendum eſt: Sed vt obmittam theologoꝛum teſtimonia de diuina pꝛouidentia? quis ſacros canones inficiabitur vnq̃? Audite patres ſapientiſſimuȝ Salomonem in ſuo ſapientie libꝛo· Tu auteȝ ſapientia tua gubernas omnia· Audite in eccleſiaſtico· Ne dicas coꝛam angelo tuo non eſt ꝓuidentia· Audite inuincibile dictum chꝛiſti: qui moderatam de deo diffidentium ſollicitudinem repꝛehendens: oſtendit quanta ipſe pꝛouidentia decoꝛat terram floꝛibus: paſcitq; aues et volucres celi: facileq; eoꝛum ſoluitur argumentatio qui et cum vate Malachia de immutabilitate: et cum Jacobo Apoſtolo de nulla dei tranſmutatione arguunt: vt quia omnibus pꝛouidit: ab omni virtutis opere ſit ceſſandum: nam quibus diuina pꝛouidentia bona elargiri: ⁊ bona illis euenire: quibus autem mala impartiri mala illis eueniant ſit neceſſe· Longe hij q̃ pꝛophete q̃ doctoꝛeſ aliter ſentiunt· Legite in Ezechiele· Juſticia iuſti non liberabit eum in quacunq; die peccauerit: ⁊ impietas impij non nocebit ei in quacunq; die conuerſus fuerit· Huius rei cauſam de pe. di·i· ſcriptam legimus· Quia nouit deus mutare ſententiam: ſi nouerimus emundare delictum: Ariſtote· autem phiſicus: ⁊ item ipſe metaphiſicus: deum ſcripſit immobilem omniaq; mouentem: quod altius perſcrutatus ſeraphicus· Bonauent· eandem diuine eſſentie ⁊ recte quidem immutabilitateȝ conceſſit· Non enim mutatur loco: quia vbiq;: Non tempoꝛe: quia ſimul eternitas· Non foꝛma: quia pure actus eſt· Equidem mutationem ſecundum foꝛmam ſimplicitas: ſcd̃m tempus: eternitas: ſcd̃m locum immenſitas tollit: ⁊ ea reſtabilem ſumme deum totiuſq; motus cauſam ſa

na doctrina intelligimus. Quippe ſine ſui mutatione produxit in tempore mundum: ſine ſui mutatione carnem noſtram aſſumpſit: ſine ſui mutatione virtutibus illuſtres: glorioſos fieri vult atq; beatos: et eoſdem poſt ignauos effectos: miſeros efficit atq; calamitoſos. Nanq; diuina hoc prouidentia: nedum q effectus eueniant: ſed quibus ex cauſis: quo ve ordine principio diſpoſuit: humanis vero actibus vti ſecundis cauſis: ex effectibus nonnullos relinquit: nec propterea defectus virtutis arguendus in deo: ſed magis ſue bonitatis abundantia laudibus extollenda eſt. Nonnulla pleriq; agunt fateor: nec per humanos eorum actus diuinam prouidentiam ac diſpoſitionem immutant: ſed implent quos prouidentiſſima dei maieſtas illo ordine euenturos effectus diſpoſuit: magis ac magis fateor: quod vnico in naturalibus cauſis exemplo monſtrabo: Neq; enim qui plantat eſt aliqd: neq; qui rigat: ſed qui incrementum dat deus. Quomodo autem incrementum dat deus: ſi aut non plantat: aut non ſeminat homo? Sed quoniam ſcropuloſis locis enauigauit oratio: et inter cauas ſpumeis fluctibus cautes: fragilis in altum cymba proceſſit pandenda ſunt vela ventis: et curſitando: vt aiunt ad mare galilee quod eſt tyberiadis perueniendum eſt: Audiſtis patres: certus ſum audiſtis huius ſacroſancti apoſtolici ſenatus diaconem cantantem abijſſe Jeſum transmare galilee: et ob eius virtutes et opera diuina: cum magna illum multitudo ſequeretur: ac fame populus laboraret. Cum ſubleuaſſet oculos vidiſſetq; multitudinem: eam q̄ miſericordiſſime ſatiauit. Quid hac prouidentia mirabilius: que multitudini nullos ſecum cibos geſtanti: in ſolicitudine ne dum ad ſufficientiam. verum ad ſuperabundantiam prouidit? Quid diuinius q̄ non eum omnes vna intentione ſecutos: ab vno ſacri pectoris armario ſumere cibum? Quidam quoniam infirmi vt curarentur ſequebantur: hos non ſolum corpore: ſed etiam anima curauit: vt totum hominem ſanum faceret. Quidam vt cibū ſumerent: quia pauperes: quos a deo ſatiauit: vt tanq̄ nihil habentes omnia poſſiderent. Quidem vt viderent: quia corioſi: his

ſolum Jone ſignum dedit. Quidam vt detraherent: vt ſcribe et pharisei: quibus ſanam vſq3 adeo doctrinam predicauit: vt nec eum capere poſſent in ſermone Quidam vt adiſcerent: vt diſcipuli: iſtos poſt verba ſanctitatis ac totius ſapientie edoctos: miraculis inuincibiles effecit. Hos omnes qui numero quaſi quinq3 milia diſcubuerunt mulieribus paruuliſq3 exceptis: et quinq3 ordeaceis panibus piſcibuſq3 duobus: ad ſaturitatem expleuit: duodecim inſuper cophinis reſiduis fragminibus impletis. Sed paucis rei ordinem videamus. Philippum verbis primu3 aggreſſus eſt: vt 7 rudiorem doceret: 7 miraculum edoctus alijs predicaret: nec aliam ob cauſam a Philippo vnde panes emeret eſt ſciſcitatus: ipſe enim ait Johannes ſciebat quid eſſet facturus vt deus qui ab eterno omnia nouit: Ut homo qui ab inſtanti conceptionis plenitudinem ſcientie habuit: et demum puer vnus qui illic aderat: de quo Andreas frater Simonis Petri panes illos piſciculoſq3 obtulit. Cur optulit patres? Certe vt quod ſciebat chriſtus: mirabili ordine impleretur: ſic ineffabilis prouidentia dei prouiderat: vt puer illic adeſſet: panes: piſces offerret: Chriſtus manibus acciperet: Panem minutatim frangeret: Carnem Piſcium comminueret: vtraq3 in manibus eius augerentur: ſic turbam ſuper fenum diſcumbentem famelicam reficeret. Supereſt quoniam tempus meas caſtigat moras: et ſatis oſtenſum puto omnia diuina prouidentia regi: difficillime epicureorum queſtioni reſpondeamus quod poſtremum eſt noſtre orationis. Si omnia e diuina prouidentia veniunt: cur mala non e medio tollit? que res quoniam pulcerrima mihi viſa eſt: non eſt ſilentio pretereunda: et eo maxime: q2 vos non preterit: pleroſq3 hac formi doloſa queſtione plurimum perturbari ſolere que tamen clariſſimorum doctorum ſententijs facile ſoluitur. Firmianus lactantius deum bona et mala propoſuiſſe homini voluit: quia ſapientiam ſimul dedit: cuius omnis ratio in diſcernendis bonis et malis poſita eſt. Non poteſt enim quiſquã eligere meliora ac ſcire quid ſit bonum: niſi ſciat etiam reijcere ac vitare que

mala ſunt inuicem enim ſibi alterutrum connexa ſunt: vt ſubla/
to alterutro: vtrumq₃ ſit tolli neceſſe. Propoſitis igitur bonis ma
liſq₃: cum demum opus ſuum peragit ſapientia bonum appetit
ad vtilitatem: malum reicit ad ſalutem. Accedit ad hoc q̄ ideo
mala non ſubſtulit: vt ex malis bona eligeret: ⁊ illius ſapientiſſi
mi artificis in eligendo ex malis bona ſapientiam etiam atq₃
etiam demiraremur: ſic ex Luciferi caſu: hominis creationem: ex
hominis peccato: eterni verbi incarnationem: exinde perpetrato
proditionis facinore commune redemptionis bonum eligit: et
hoc addere dignum mihi ⁊ ſingulare videtur: ideo mala dei pro
uidentiam non ſubtuliſſe: ſed duplicem propoſuiſſe homini viam
alteram virtutum alteram viciorum: vt virtutibus adherendo:
viciaq₃ deteſtando: duabus vijs ad paradiſi patriam homo ipſe
omnium bonorum refertiſſimam meritis: glorioſus proueniret.
Enimuero per tot varios caſus: per tot diſcrimina rerum nos be
atorum omnium fieri vult conciues ac contubernales. Heu heu
ampliſſimi patres: quis talia fando explicet: aut poſſit lachrimis
equare dolores? Dedit dei prouidentia homini penitentiam ſe/
cundam tabulaꝫ poſt naufragium. Aperuit ſalutis portum: Uult
omnes homines ſaluos fieri voluntate antecedente. Non omnes
ſalui fiunt voluntate conſequente. Quid Jeſus tranſmare gali/
lee abijt: niſi quod ipſe exemplo nos opere compleamus? Prius
eſt nobis enauigandum huius mundi mare: prius nauali bello
id eſt penitentis luctandum: ſi tranquilliſſimi Paradiſi portus
nobis aditus pateat optamus: Nam quis athleta ſine laboribus
coronatur? ⁊ quis non coronatur? qui legittime certauerit? Hoc
hodie preſpicuum intuemur: quando poſt obſeruationem ⁊ cor/
poralis ieiunij a cibis et ſpiritualis a peccatis ſingularis nobis
dei prouidentia leticiam exultationem ſaturitatem ab vberibus
conſolationis noſtre publicetur cum ait. Letare Hieruſalem et
conuentum facite omnes qui diligitis dominum diligitis do//
minum: gaudete in leticia qui in triſticia fuiſtis: vt exultetis et
ſatiemini ab vberibus conſolationis veſtre. Hoc idem in duo//

bus Abrahe filijs: quorum vnus de ancilla que dicebatur Agar ſecundum carnem natus Jſmael Alter de Sarra libera ſcđm promiſſionem natus Jſaac: que per allegoriam dicta ſunt. Jnuenimus enim Auguſtino Teſte interrena Ciuitate duas formas: quas ego duas vias appello: Unam terrene ciuitatis ſcilicet viciorum: que homines parit peccato viciata natura. Alteram celeſtis ſcilicet virtutum: que ciues parit a peccato naturam liberãs gratia: que ſolis penitentie armigeris datur: ac mentis oculo ſupernam Hieruſalem: que libera non ſyna qui mons eſt in arabia cum filijs ſuis ſeruiens inſpicientibus. Hoc idem iterum repeto preſpicuum intuemur in roſa Beatiſſime pater: quam tuis in manibus leti inſpicimus: vt poſt frequentes lachrymas: poſt quottidianos gemitus: poſt celo oculos inherentes: poſt deformia varijs abſtinentijs membra: nos roſa reficiat auro: muſco et balſamo plena: Hec fuit olim o patres maiorum noſtrorum preſtantia hec virtus: hec gloria: teſtimonium conſcientie ſue: Credite mihi: credite mihi: non eſt cur amplius diferatis arma penitentie ſumere: Nam tam etſi ſero peracta hominem ſaluat: interdum periculoſa eſt: Si fidem in qua baptizati eſtis retinere: ſi corpora: ſi animas ſaluas: ſi roſe fragrantiſſimo odore refici cupitis: bellum mihi credite: bellum geratis oportet. Truculentiſſimus prius hoſtis fugandus et noſtris finibus pellendus eſt: Quid pedem retrahimus? Jmperator armatus campum primus ingreſſus eſt hoſtem proſtrauit: montes conſcendit: maria tranſegit: ⁊ nos forte ſine ſudoribus maximos fructus ſolidas atq; incorruptas voluptates capiemus? Apud vos orationem habeo patres: ⁊ in ea vrbe: in qua quod veteres Romani publicis ſanxerunt legibus: oculis aſpicitis: vt hij: q vel domitis hoſtibus: vel fuſis exercitibus: vel prouincijs ſubactis: victrici gloria in patriam redibant: poſt felices triumphos quibus quaſi dij immortales honore publico efferebantur: ſculpte imagines ponerentur pro roſtris: et arcus triumphales deniq; conſtruxerunt: quibus eorū nomina ſempiterna laude omnibus deinceps poſteris paterent ⁊ egregijs titu-

lis fierent memorandiſſima: Sic poſt ſuſceptos innumeros pe-
ne labores: et fructus capiebant ipſi milites vberes atq; iucun-
dos. Hoc vnicum nunc vos precor: veniam precor: ſi totiens ad
ſumenda arma: ad fugandos hoſtes ad confligendos inimi-
cos: et vt clarius dicam: ſi totiens ad aſperas penitentie epulas
vos animoſq; veſtros mea de diuina prouidentia oratio vocaue-
rit: pulſauerit: commouerit: incenderit. Namq; hec arma: has pa
leſtras: hos conflictus: ſacroſancto hoc preſertim tempore admi
rabilis prouidentia ad exercituum: et has ſolum epulas ad refe-
ctum mortalibus preparauit. Nunc taciti finem orationis expe-
ctatis video: hic exitus eſt. Honeſtas cũ impudentia ↄtinẽtia cũ
libidine magnanimitas cum ſocordia: virtus ſemper cũ ignauia
contendit. Utrius viam ſequi volumus vtrius arma ſumere:
contingens ab initio dei prouidentia liberum hominis arbitri-
um fecit in noſtra poteſtate relinquitur. Hoc altera alteri preſtat
vt qui viciorum via gradiuntur: luent ſuorum ſcelerum penas.
Qui vero virtutum: coronam non quidem muralem: qua Roma
ni Milites qui prius murum conſcenderant donabantur: ſed im
marceſſibilem ⁊ incorruptam in eterna ſibi gloria comparabunt.

¶ Dixi.